
Andrew M. Miller

Meminerimus neque obliviscemur¹ huius magistri egregissimi, quem hodie honoramus. Huic filio Civitatis Aureae, non solum primus gradus Baccalaurei Artium sed etiam gradus excelsiores, Magistri Artium et Doctoris Philosophiae, apud Universitatem Ursorum Aureorum sunt dati concessique.² Prospectu Pontis Portae Aureae mox relicto, contemplari incepit caerulea flumina urbis praeditae multis pontibus et Benigno Numine, postquam laboribus ingenioque suo illustravit Universitatem Urbis Ferreae.³ Fulgens et aureus in caeruleo caelo, effecit ut lux almae matris suae quoque fieret in sua nova sede eruditionis, corroborans veritatem et virtutem eius scriptis doctissimis suis de Hymnis Homericis et carminibus Pindari.⁴ Quamquam hic poeta quondam scripsit aquam esse optimum, scimus hunc virum, sapientissimum et carissimum praeceptorem multis discipulis, esse melius. Plaudamus igitur Andrew M. Miller.

CADANCE BUTLER
PHILIP GALLAGHER
NADAV KRAVITZ
INNA KUNZ
AVIVA POLLOCK
RIAN SIRKUS
JUDITH P. HALLETT

University of Maryland, College Park

We will remember and not forget this outstanding teacher whom we celebrate today. A true son of the Golden State, he earned his B.A., M.A., and Ph.D. from the University of California at Berkeley. But he

¹ *Meminerimus neque obliviscemur*: cf. the first line of the *Homeric Hymn to Apollo*: μνήσομαι οὐδὲ λάθωμαι Ἀπόλλωνος ἑκάτοιο.

² *Ursorum aureorum*: the sports teams at the University of California, Berkeley are nicknamed “the Golden Bears.” Coincidentally, blue and gold are the official colors of both UC Berkeley and the University of Pittsburgh.

³ Pittsburgh is called “the city of bridges” and “the iron city”; *benigno numine* is the city’s motto.

⁴ *Fiat Lux* is the motto of the University of California, Berkeley; *Veritas et Virtus* is the motto of the University of Pittsburgh.

soon exchanged his vista of San Francisco Bay for that of the Allegheny and Monongahela waters, when he brought his toil and talents to the faculty of the University of Pittsburgh. Embodying the illuminating gold as well as the nourishing blue that together symbolize both universities, he made Berkeley's motto an intellectual reality in his new home, strengthening knowledge and excellence in its classics department with his learned publications on the Homeric Hymns and Pindar. Although Pindar's first Olympian ode praised water as the "best thing," we know that this man, a most wise and beloved mentor to many students, is something better. Let us therefore applaud Andrew M. Miller!

Paul Properzio

Sicut cives huius amantissimae urbis omnes incolas eius tamquam germanos germanasque diligunt, sic hodie celebramus magistrum doctum et alacrem ut fratrem dilectissimum nobis habendum. Postquam apud Universitatem civitatis ex duriore lapide factae gradum Baccalaurei Artium accepit, gradus Magistri Artium et Doctoris Philosophiae apud Universitatem se affirmantem ad maiorem dei gloriam in urbe ventosa meruit.¹ Multos annos laboravit in hac regione patriae nostrae et pro societate nostra, quibus servivit nobiliter in officio praesidis. Plurimos annos docuit in urbe pulchra propter pedes peregrinorum, illustri propter pedes textis rubris cinctos, apud venerabilem sedem disciplinae Latinae. Studiosus linguarum variarum, investigavit antiquas gentes tunsas longe resonantibus Eoissimis undis, causa comparandorum scriptorum et consuetudinum eorum cum operibus moribusque antiquorum Graecorum et Romanorum. Dux et vox foederis classici patriae nostrae, honoratus propter praestantiam docendi, sicut docta puella dicitur cepisse poetam antiquum eiusdem nominis ocellis, cepit nos diligentia.² Plaudamus igitur Paul Properzio.

LAURI DABBIERI

ROBERT LANAR

KENNETH SILVERMAN

KATRINA SZABO

ADAM WILLIAMS

JUDITH P. HALLETT

University of Maryland, College Park

Just as the citizens of this city, Philadelphia, cherish all of her inhabitants like sisters and brothers, so today we celebrate a most learned and energetic teacher who ought to be considered a most dearly beloved

¹ *Ad maiorem dei gloriam*, motto of Loyola University in Chicago.

² Propertius 1.1. *Cynthia primum suis miserum me cepit cepit ocellis.*

brother figure to us. After he received his B.A. from the University of New Hampshire, the Granite State, he earned his M.A and Ph.D. degrees at Loyola University in Chicago. For many years he worked in this region and for our association, which he nobly served as president; for a great many years he has taught in Boston, at its esteemed Latin Academy. Proficient in many languages, he has studied ancient Chinese culture, comparing its customs and literature with those of Classical Greece and Rome. An exemplary leader of the American Classical League, whose newsletter he edited for ten years, honored by the American Philological Association for outstanding teaching, he has captured our affection and gratitude by his devotion to our common cause in the Propertian tradition. Let us thus applaud Paul Properzio.

Martha Davis

Hodie celebramus optimam et beneficissimam magistram, cuius tempus laborque curaque communitatem atque societatem nostras maxime muniverunt. Vires, artes, mores in civitate apricissima splendidissime coluit, ubi gradus Baccalaureae Artium Magistraeque Artium est adeptata.¹ Postquam doctrinam antiquitatis classicae et in terra cladis Varianae et civitate sideris solius persequabatur, tandem, “bona ire eruditione per medios hostes,”² in oppido nomine patriam Ulixis in memoriam redigenti, Doctoris Philosophiae gradum adeptata est, carmine epico inquirendo aetatis Flavianae de Argonautis. Multos annos docuit in hac urbe, praeclara propter caseum fervidum et liquescentem super carnem bovis, et perseverantia vicit in aedificandis et sustinendis studiis classicis apud Universitatem quae appellatione sacram aedem evocat;³ operam studiosissimam dedit societati notae per litteras Graecas, sed salutari praeceptoribus discipulisque linguae Latinae. Ob merita extraordinaria in fovendis nutriendisque discipulis suis disciplinaeque nostra habebatur in maximum honorem. Plaudamus igitur Martha A. Davis.

JEAN HOLTHOUSE

RACHEL MULLERVY

YUVAL RAVINSKY-GRAY

JAKE SHILLING

ANGELINA WONG

JUDITH P. HALLETT

University of Maryland, College Park

Today we celebrate a most excellent and generous teacher, whose time, labor, and care have immeasurably strengthened our classics community and our classical association. Exhibiting stellar qualities that personify its motto, she received her B.A. and M.A. degrees at Florida State University. After pursuing the study of classical antiquity in Germany and Texas, she triumphantly braved the challenges of higher learning to

¹ Florida State University motto: *Vires, artes, mores.*

² *Tu medios gladio bonus ire per hostes*, Valerius Flaccus, *Argonautica* 1.438.

³ Temple University motto: *Perseverantia Vincit*

earn her doctorate at Cornell University, with a dissertation on Valerius Flaccus. She has taught in this renowned city of Philadelphia for many years, and emerged victorious, through perseverance, in building and sustaining the classics program at Temple University; she has accorded special attention to the undergraduate classics honor society, Eta Sigma Phi. For her outstanding accomplishments on behalf of her students, and our field, the American Philological Association has recognized her with its award for excellence in teaching. Let us thus applaud Martha A. Davis.

Gratulatio: Sally Sanderlin and the Classical World Editorial Team (1993–2013)

Hodie honoramus non solum feminam magnae eruditionis, maiorisque ingenii, maximaeque industriae sed etiam alias aliosque egregios collegas, et praeditissimos multa doctrina et studiosissimos antiquitatis classicae. Tempus atque labor atque cura omnium horum harumque locupletaverunt Societatem Nostram muniendis rebus gestis Classici Mundi, decoris gloriaeque Societati Nostrae viginti annos. Inter filias politas more lapidum sustinentium regiam educata, nutrita ab universitate perpetuis futuris temporibus duratura atque inter lucem et pocula sacra,¹ gradum adepta Doctoris Philosophiae apud universitatem illustrem perstando et praestando,² haec femina negotia securitatemque huius dilectissimae vocis investigandarum docendarumque rerum Graecarum Romanarumque administravit: domum servavit, scientiam fecit.³ Plaudamus Sally Sanderlin, et totam cohortem gratias merentem ob edenda opera Classici Mundi.⁴

¹ That our daughters may be a cornerstone, polished after the similitude of a palace: *Psalms* 144.12. Motto of Mount Holyoke College; *perpetuis futuris temporibus duraturum*, motto of Trinity College, Dublin; *hinc lucem et pocula sacra*, motto of Cambridge University.

² *Perstare et praestare*, motto of New York University

³ *Domum servavit, lanam fecit*. From the second century B.C.E. epitaph of a Claudia, *CIL*1.2.1211.

⁴ Editor Matthew S. Santirocco: 1993–2013

Associate Editors Judith P. Hallett: 1993–present; Lee T. Percy: 2000–2013

Assistant Editor (Latin) Lee T. Percy: 1993–2000

Assistant Editor (Greek) Deborah Boedeker: 1993–1997; Lowell Edmunds: 1997–2000; Andrew Ford: 2000–2003; Ralph Rosen: 2004–2009; Nancy Worman: 2009–2013
Assistant Editor (History) Susan Guettel Cole: 1993–2004; Edward Harris: 2004–2008; Sarolta A. Takacs 2008–2012.

Managing Editor Sally Sanderlin: 1993–2013

Reviews Fred C. Mench: 1993–1998; David Sider: 1998–present

Textbook Surveys Judith L. Sebesta: 1993–2013

Bibliographical Surveys †Alexander G. McKay: 1993–2007

Books for Teaching Classics Alden Smith: 1993–1998

Audiovisual Surveys Kim A. Chappell: 1993–1995; Henry V. Bender: 1995–1998; Janice F. Siegel: 1998–2012

Notes and News/Announcements Henry V. Bender: 1993–2005; David J. Califf 2003–2010

Classical World, vol. 107, no. 4 (2014) Pp.551–552

Today we honor not only an immensely learned, talented and energetic woman, but also other outstanding colleagues, endowed with great learning and passion for classical antiquity. Their time, effort and care have enriched our organization by strengthening its scholarly journal, Classical World, for the past twenty years. Recipient of a BA from Mount Holyoke College and a PhD in medieval history from New York University, alumna of Trinity College, Dublin and Cambridge University, she has worked as the journal's managing editor since 1994, and served CAAS in multiple capacities: negotiating with aggregators such as JSTOR to include CW among their projects, and with Johns Hopkins University Press on new financial arrangements as well as overseeing CAAS insurance policies. To paraphrase an immortal Latin inscription, she kept our house in order, and created knowledge. Let us applaud Sally Sanderlin and the Classical World editorial team.

In the Schools Rudolph Masciantonio: 1993–2005
Scholia Timothy E. Gregory 1995–1995
Assistant Editor for Production Diana Pittet: 2006–2008
Production Coordinator Aaron DeLand: 2009–2013
Circulation Manager Lawrence E. Gaichas: 1993–2001; Robert Boughner:
2001–2003